

Peter Wasmund

**Programma Quo Ad sacrum exequiale manibus Sanctis Nobilißimae Puellae
Catharinae Mariae Tochter zue Eltz Hodierna die hora media secunda
pomeridiana in templo Jacobaeo a parentibus moestißimis adornandum, Rector
Academiae Rostochiensis Petrus Wasmundt I.U.D. & Professor ordinarius
Omnes omnium ordinum cives Academicos peramanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751427101>


Druck Freier  Zugang



Wasmundt, P.,
in
C. M. v. Eltz.

Rost. 1631.

28



175
Programma

Quo

Ad sacrum exequiale manibus
Sanctis

Nobilissimæ Puellæ

CATHARINÆ
MARIÆ Tochter zu ELTZ

*Hodierna die hora media secunda pomeridiana
in templo Jacobæ à parenibus mestissimis
adornandum,*

RECTOR

Academiæ Rostochiensis

PETRUS W ASMUNDT

J. U. D. & Professor or-
dinarius

*Omnes omnium ordinum cives Academicos per-
amanter invitat.*



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXXI.

RECTOR
Academiæ Rostochiensis
PETRUS WASMUNDT
J. U. D. & Professor.



Vnam fallax, incerta,
vana, & instabilis fit vita
nostra mortalis, quæ instar
rapidissimi fluminis, in-
star amentati jaculi, & si-
cut sagittæ ex manu po-
tentis, ita ad mortem de-
currit, impellitur, excutitur, quotidiana com-
probat experiëntia. Quod adeo verum est, ut
pro Euripidis sententia nemo vivens de crasti-
no sit securus. Hoc est quod vitam nostram
Sophocles simulacro, pulveri, & umbræ com-
paravit. Hoc deniq; est quod Varro vir doctis-
simus eleganter hominem bullam nominare
consuevit. Sicut enim in aquis agitaris bullu-
læ & velut tubercula erumpunt, sed mox e-
vanescunt: ita quo momento nascimur, mor-
tis casibus sumus expositi: ut meritò Augusti-
nus dubitarit, hoc quod vivimus ævum mor-
talemne vitam, an vitalem mortem appellaret.

& pli-

& Plinius hominem aut non nasci optimū
esse dixerit, aut natum, quam ocysimè aboleri.
Adeo natura non tam parentem quam severam
se nobis novercam exhibuit. Accedit ad hæc
incommoda, incerta quavolvitur rerū con-
ditio. Aut enim ægri vivimus, aut sani. Ægros
difficilia medicorum jussa constringunt, sub
quorum manu, ut Plato voluit, vivere miserri-
mum est. Cæterum sanos mille vincula circum-
veniunt: hunc superciliosæ superbix fastus, a-
lios cretata ambitio, quosdam invidix livor, im-
pura venus multos nectit & colligat: & in sum-
ma, quot sensuum affectionibus, quas Passiones
vocant, homo comprimitur, tot laqueis miserè
catenatur. Atque adeo undiq; nobis angustix
sunt, & ut cum propheta loquar, tot nos laquei
prævenerunt, in medio tot laqueorum ingre-
dimur, ut divus Antonius mundum totum
plenum laqueis esse quondam exclamaverit.
Grandis error mortalium, qui ementitam le-
nocinantis vitæ felicitatem mirantur, & velut
servos, velut mancipia, tot gravibus se vin-
culis objiciunt, cum tamen nescire non pos-
sint, sicut libertas est res inæstimabilis, ita
servitutem esse miserriam. Plebs olim Ro-
mana ære alieno oppressa, cum à Creditoribus
gravi nexu stringeretur, in montem sacrum

urbi vicinum pro consequenda libertate con-
fugit. Nos ad quem fugiemus montem, ut tot
vinculis, tot laqueis liberemur: nempe ad
montem Domini pinguem & coagulatum: cu-
jus tamen conscendendi nulla nobis patebit fa-
cultas, nisi ingrediamur sine macula, operemur
justitiæ, & aliquando à gravissimo vinculum
catenarumq; pondere colla excutiamus.

Glorioso hoc monte potita & de laqueo ve-
nantium erepta est puella nobilissima *Catharina
Maria Tochter zue Eltz*/quæ Gustrovij Anno
1629. 8. Aug. ex generosis nobilissimis & splen-
didissimis majoribus in hanc mortalem lucem
edita est. Patrem siquidem habuit virum gene-
rosum Magnificum & strenuum D. Johannem
Eberhardum *Sohn zue Eltz* / Electoratus Tre-
virensis Marscallum hereditarium, & Illustris-
simi principis & Domini Dn. Alberti Ducis
Megapolensis. Fridelandensis & Saganensis,
Principis Vandalorum, Comitis Swerinensis
Rostochiensium & Stargardiensium Domini,
Domini nostri clementissimi, Cancellarium,
Celeberrimum, virum literatissimum, & lite-
ratorum fautorem & patronum eximium. A-
vus illi paternus fuit vir generosus nobilissi-
mus & strenuus *Hans Wolff Herr zue Eltz* / Con-
filia-

filiarius Palatinus Electoralis vnd oberampfer-
man zue Keyserlautern: Avia paterna *Maria*
Kammererin von Wormbs genandt von Dal-
berg / *fæmina nobilissima omniq; genere vir-*
tutum quæ sexum condecorant famineum or-
natissima, ex Philippo Kamerer von Wormbs /
genandt vñ Dalberg equite, & Anna von Hende-
scuchheim progenita. Proavum paternum ha-
buit, Johan Adolphen Herrn zue Elz 5 *proavi-*
am paternam Margaretam von Brandeschet.
Et ab his quidem majoribus paternis defuncta
puella recto ordine genus deducit, quorum sin-
gulorum laudes cum non capiat hæc pagella, il-
lud generatim indicasse sat esto, genus *deren*
von Elz perantiquum esse & præstantissimum,
utpote qui non tantum exemptione & immuni-
tatibus liberorum in citculo Rhenano Roma-
ni Imperij Nobilium gaudeant & præfulgeant;
verũ etiam qui ante aliquot secula claruerint,
& ludis equestribus ab Imperatore Henrico Au-
cupe Magdeburgi primũ institutis, & postmo-
dũ Wormatiæ Anno Christi 1492. insigni pōpa
reperitis interfuerint. Quinimò ad illud hono-
rum fastigium ascenderunt quidam ex familia
Eltzia & Dalbergia, ut *Jacobus Dominus zue Elz*
ad dignitatem Electoralem, quæ post Cæsaream
Majest. in Roman. Imperio summa est, in Archi-

piscopatu Trevirensi, & *Wolfgangus à Dalberg* ad eandē Electoralem dignitatē in Archiepiscopatu Moguntino interveniente legitima totius capituli electione raro admodum exemplo evecti sint. Ad maternū stemma quod attinet, matre nata est defuncta nostra *Anna Catharina von der Schulenburg* / fœmina nobilissima & pia. Avus maternus illi fuit vir nobilissimus & strenuus *Levin Ludolph von der Schulenburg* / aurei velleris eques, & Electoratus Brandenburgici Archimagirus hereditarius: avia materna *Maria von Klings* / ab *Achatio von Klings* & *Catharina von Oppen* prognata. Proavus maternus illi fuit, vir itidem nobilissimus, & strenuus *Diederich von der Schulenburg* Consiliarius Electoralis Brandenburgico, & veteris Marchiæ præses: proavia materna *Anna von Ilvesleben* / ex familia quondam Comitiva dignitate insigni & coruscante oriunda. Ex hisce majoribus prognata defuncta nostra clara quidem erat utriusq; parentis stirpe splendidissima: verum prima omnium hominum mater divinæ legis desertrix, arboris vetitæ resignatrix, ut loquitur Tertullianus, fecit, ut originis labe impura esset ac sordida, atq; ita in mundo immundo immunda ipsa viveret. Impuritatem sanè nativam sacrosancta

sancta baptismatis unda abluit: transitum vero nobiscum in tenebrosos hujus vitæ vallibus expectare coacta est; quamvis non pari temporis spacio.

Sicuti enim omnes stellæ, quæ ab oriente surgunt, feruntur in occasum, sed aliæ tardius, aliæ celerius sese ad spectui nostro subtrahunt: sic venustum hoc sidus quod cum alijs ortum erat, æquè lentum cursum tenuit, sed cum vix coruscare cæpisset, ad occasum mortis delatum est: & quæ sub crepusculum in hujus mundi caliginem ingressa erat virguncula, cum diluculo 16. Aug. hujus 1631. anni abiit ad patrem luminum: jamq; castitate ornata, sanctitate circumdata, immortalitate vestita, socia est angelorum, particeps regni Cælorum. Amasis quondam ad aliquem filio orbatum dixisse fertur: si non luxisti cum ille nondum esset in mundo, ne nunc quidem lugebis, postquam in mundo esse desit quotus autem quisque parens præproperam filiorum mortem non doleat? cum hic error omnes nos teneat, quo ex nascendi ordine moriendi originem arguimus.

Ideoq; si nobilissimus parens amissam filiulam deploret, non solum non miramur, sed & luctui ipsius moerorem nostrum adjungimus, minimè interim dubitantes, quin cogitaturus sit, non semper aut obesse amara, aut prodesse dulcia, eamq; ob causam solatio & consilio id effecturus, ut nobilissima & lectissima vitæ socia cum Merope dicat: non sola sum mortalium cui liberi perierunt. Enimvero quid tandem spei nobis est reliquum, cui vel nos vel posteros nostros devoveamus? Classicum jam canit per totam ferme Europam Bellonæ furor, & agris oculis regnorum di-
tionum

tionum & urbium everfiones fpectamus. O igitur fe-
curos, qui in manu Dei funt! ô dubios, quos homo
tuetur, homines! Pix eft mundus, ait Philonius, quæ
quamvis leniter tangatur, tangentes inquinat. Vifcus
eft mundus, qui fuos miratores aucupis inftar pecca-
tis & morti æternæ involvit. Laqueus eft mundus,
qui voluptatibus capit incautos & fecum trahit in na-
fam interitus. Nos tamen attrectando picem, admi-
rando vifcum, amplexando laqueum fecuros nos &
puros hinc migrare poffe confidimus; immemores,
quid futurum fit in fine fine fine: quem fi animo revol-
verimus, à fordibus ad puritatem, ab umbris ad lucem
acrius contendemus. Quis enim alius eft noster finis,
quam pervenire ad regnum fanctitatis & puritatis cu-
jus non erit finis. Cum autem juftis huic puellæ nobili
perfolvendis dies dictus fit hodiernus, non poffum
non ad hunc actum funebrem invitare cives noftros A-
cademicos, tum univerfos, tum fingulos, cujuscunq̃ue
demum funt ordinis, imprimis vero Dnn. Profeffores
& reliquos quarumcunq; Facultatum Doctores, Eccle-
fiarum miniftrós & Magiftrós; tum deinde nobiles &
generofos adolefcentes qui ftudiorum gratia apud nos
commorantur; deniq; juventutem ftudiofam univer-
fam, & quotquot jurisdictionem noftream reverenter
habent. Quos omnes & fingulos rogo & cohortor ut
hora poft meridiem media 2. in æde Jacobæa certatim
convenient, hanc funeris deductionem, frequenti fuo
comitatu, tum auguftiorem, tum auctiorem redditu-
ri. Quisq; etiam humanæ fragilitatis memor, fuam i-
pfe falutem, & utriufq; Reipublicæ in columitatem Deo
ter opt. max. ardentibus votis commendet P. P. Sub
Sigillo Rectoratus noftri, 22. Auguft. Anno 1631.



sancta baptismatis unda abluit:
nobiscum in tenebrosos hujus
expectare coacta est; quamvis n
ris spacio.

Sicuti enim omnes stellæ, quæ al
feruntur in occasum, sed aliæ tardius,
ad spectui nostro subtrahunt: sic ven
quod cum alijs ortum erat, æquè lentu
sed cum vix coruscare cæpisset, ad oc
larum est: & quæ sub crepusculum in
lignem ingressa erat virguncula, c
Aug. hujus 1631. anni abiit ad patrem
castitate ornata, sanctitate circumdat
vestita, socia est angelorum, particep
Amasis quondam ad aliquem filio or
tur: si non luxisti cum ille nondum es
nunc quidem lugebis, postquam in n
quotus autem quisque parens præpr
mortem non doleat? cum hic error d
quo ex nascendi ordine moriendi or

Ideoq; si nobilissimus parens am
ploret, non solum non miramur, se
moerorem nostrum adjungimus, mi
bitantes, quin cogitaturus sit, non s
amara, aut prodesse dulcia, camq; e
& consilio id effecturus, ut nobiliss
vitæ socia cum Merope dicat: non sol
cui liberi perierunt. Enimvero quib
bis est reliquum, cui vel nos vel pos
voveamus? Classicum jam canit per
ropam Bellonæ furor, & agris ocu

vero
libus
mpo-

gnnt,
as sese
fidus
enuit,
is de-
di ca-
o 16,
amq;
litate

orum.
se fer-
o, ne
defuit
orum
neat,
imus.

m de-
ipsum
n du-
besse
olatio

ssima
alium

ei no-

os de-
e Eu-

m di-
onum

